UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Neben-Recess, die Moderation der Concurrenz von Chur-Cölln & Consorten betreffend.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. Julius.

dahero nicht verdencken, und erſuche er die Deputirten, es im beſten zu vermercken, daß er nicht darin gehelen könne ꝛc. Er meldete anbey ferner, es wären nicht mehr, als etwa 6. Differentien zwiſchen der Cron Franckreich und der Cron Schweden Inſtrument übrig, wie dieſes letztere nunmehr verglichen und abgeredet ſey; dann was Cauſæ Communes wären, darinnen wolle er ſich mit der Cron Schweden Inſtrumento conformiren.

N. I.

Neben-Receſs, die Moderation der Concurrenz von Chur-Cölln & Conſorten betreffend.

N. I. Neben-Reces die Moderation der Concurrenz von Chur-Cölln ꝛc. betreffend.

Notum ſit omnibus, quorum intereſt vel intereſſe poteſt, quod, licet in Articulo EXECUTIONIS, in §. *Denique &c.* circa finem, generaliter diſpoſitum ſit, quod nullus Electorum, Principum vel Statuum in ſeptem Circulis ibidem nominatis, a ſolutione Suedicæ Militiæ immunis eſſe, vel majori numero der Römer-Monath prægravari, vel pro alio ſuo Conſtatu plus ſolvere debeat; attamen inter Sacri Romani Imperii Electores, Principes & Status conventum, & hoc ſpeciali Receſſu, qui ejusdem cum Inſtrumento Pacis, fidei, auctoritatis & roboris eſſe debet, cautum eſt, quod pro ſublevandis aliquantulum iis Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus, qui onere præſtandorum ſexcentorum Millium Thalerorum Imperialium, præ aliis Statibus, gravati ſunt, reliqui eatenus non gravati dictorum ſeptem Circulorum Electores, Principes ac Status, præter quotam de quinque myriadibus ſolvendam ſibi incumbentem, omnes & ſinguli, quatuor cum dimidio menſium ſtipendiorum ad ſimplicem Romanam expeditionem computandorum ſolutionem amore pacis in ſe ſuſcipiant, & pro tali ſumma dictos prægravatos erga Militiam Suedicam in primo ſolutionis termino indemnes præſtent, tum etiam pari ratione & modo iisdem prægravatis illud cedat ſubſidium, quod Pacis & Patriæ amore univerſa libera & Immediata Imperii Nobilitas, citra tamen præjudicium libertatis & privilegiorum, pro Militiæ Suecicæ ſolutione eſt collatura; & ut de hac ſublevatione iidem prægravati Electores, Principes & Status tanto ſint ſecuriores, hic Receſſus non ſolum à tribus Imperii Collegiis per unum vel plures ſingulorum Legatos nomine omnium dictorum ſeptem Circulorum Statuum ſignabitur, ſed etiam in deſignatione ſeu ſpecificatione cujuslibet Status quotæ pro Militia Suedica Regiis Plenipotentiariis Suecicis extradenda, memorata auctio quatuor Menſium cum dimido ſingulis reliquis eatenus non gravatis Electoribus, Principibus & Statibus addetur & aſſignabitur, & prægravatis juxta proportionem cujusque oneris una cum dictæ Liberæ Nobilitatis ſubſidio detrahetur. Pro cujus firmiori obſervantia omnes & ſinguli Aſſecurationis Clauſulæ Inſtrumenti Pacis, hic quaſi per expreſſum inſertæ eſſent, repetuntur & reſervantur. Actum & conventum hoc eſt Osnabrugis d. 5. Auguſti 1648.

N. Georg Reigersberger. Wolff Cunrad von Thumshirn.

Marx Otto, Dr. Cum reſervatione Dominorum Principalium.